1258. 6. Aprilis Milano. Morbio 11 (45) ~~45.~~

In nomine domini. Anno dominice incarnationis millo ducent quinquagesimo octavo. die sabbati sexto die april. Inde
prima. promisit et guadia dedit obligando se et omia sua bona pignori. Rogerius et petrus fres qd dicitur de agriano
filii qdam franchi qui habitat ad cassina de mancatuto et soliti sunt stare in por nov ad aclussa. Ita quod uterque illorum in solidum
teneatur et conveniri possit cum effectu et primo loco. Renunciantes beneficio epistole divi adriani et nove constitutionis et omni alii auxi
lio iuris et legis quo se tueri posset. Georgio ronzano civitatis mediol. recipienti nomine et ad par Otobelli corbi por cum
pro dandis et solvendis eo georgio nomine et ad par illius otobelli. hic cum ista prima. libras viginti quatuor den bonorum spendibi
lium monete nunc currentis. Cum usuris et expensis et dampnis et interesse omnibus qui fient pro ipsis denariis petendis et exigendis
vel mutuandis pro eis. Quos denarios manifestaverunt et confessi fuerunt ab illo georgio recipienti nomine et ad par illius otobelli mu
tuo accepisse. Renunciando exceptioni non numerate et non accepte pecunie et omni probationi in contrarium. Hoc acto quod si
ullo tempore aliqua contingeret de predictis. quod non posset illi rogerius et petrus in solutum dare cartas debiti civitatis mediol vel no
tas factas vel que dicto fient pro illo ordinamento civitatis mediol facto vel quod ex nunc fient pro predictis denariis par nec p
tas factas vel que dicto fient pro illo ordinamento civitatis mediol facto vel quod ex nunc fient pro predictis denariis par nec pro
usuris et dampnis et expensis et interesse illorum nec aliquid aliud nisi pecuniam numeratam. Et quod possint exinde conveniri
illi debitores de predictis omnibus et singulis omni tempore et loco et sub omni iudice laico et ecclesiastico non obstantibus causis colloca
tis et collocandis in posterum feriis solepnibus et repentinis et quolibet alio causarum indicio. Quibus omnibus exceptionibus et earum du
xiliis pro pacto speciale expresse facienda renunciaverunt et statutis et ordinamentis civitatis mediol factis et que fient de cetero sup
predictis vel contra predicta vel aliquod predictorum. Et quod possit creditor sua auctoritate tantum sine banno et sine et sine
auctoritate alicuius persone tollere faciat occupare de bonis et rebus debitorum et cuiusque illorum et vendere et in solutum retinere
facere quidquid voluerit sine contradictione illorum debitorum. nec propterea intelligatur violentia facta nec libell vel alia dilatio pe
tere posset. quibus omnibus exceptionibus et earum auxiliis et statutis et ordinamentis civitatis mediol mediol factis et que fient de cetero sup predic
tis vel contra predicta pro pacto speciale expresse [illegible] facienda renunciaverunt illi rogerius et petrus. et quod non possint probare solutio
nem huius debiti in toto nec in par nec aliquid aliud contra hanc cartam per testes. Actum in domo mei notarii quod sedes notarii asfuit
et Sacard renzonus civitatis mediol not.
Interfuerunt ibi Anzefredus corbus fr et gualterius corbus. et magr bossus fisic fr qdam uberti bossi por tiay. et Jacobus pili
zari filius qdam magr civitatis M. OS. [illegible] Ianua [illegible] solutum fuerunt [illegible] sit xxxij [illegible]
subscripsi [illegible]

Ego Ardericus filius qdam Jordani cagalantie de parochia sancti sebastiani civitatis M. not sacri palatii tradidi et scripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1810737079-16/fragment/page=1

1258. 6. April

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1810737079-16/fragment/page=2